

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.

Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Daniel Simonius Jeremias Heinrich Stricker

**Exercitationum Practicarum Quarta, Virtutis Moralis Definitionem Causas Et
Naturam In Genere Per Praecepta, Quaestiones & Axiomata Synoptice exhibens**

Rostochii: Kilius, 1642

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72960599X>

Druck Freier  Zugang



Ruphill 1642
Janus Semoniūs
Ieremia Mār. Shicenīs



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72960599X/phys_0002](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72960599X/phys_0002)

DFG

Deo didicis!

EXERCITATIONUM PRACTICARUM QUARTA,
VIRTUTIS MORA-
LIS DEFINITIONEM
CAUSAS ET NATURAM
IN GENERE

Per Precepta, Quastiones & Axiomata
Synoptice exhibens,

Quam.

DEO Ter Opt. Max. adspirante
Permissu Amplissimæ Facultatis Philosophicæ

In celeberrimâ Rostochiensi Academiâ

Publicæ placidæq; Philosophantium ~~discernere~~
venitlandam submittunt

M. DANIEL SIMONIUS,

Nöribergâ-Marchicus,

PRÆSES,

JEREMIAS HENRICUS STRICERIUS

Utinensis Holsatus,

RESPONDENS.

In Collegio Unicornis ad diem 10. Augusti,
horis matutinis.

(o)

ROSTOCHII,

Typis NICOLAI KILLI, Acad. Typogr.
Anno M. DC. XLII.

1642

PROCEMIUM.



Um multa virorum summorum
ex profundo quedam sapientiae fon-
te exhausta, ing. publicos rivulos diffu-
sa exstant de VIRTUTIS nobilitate testi-
monia, cum imprimis laudem meretur
gravissimum eloquentia Parentis Tul-
lii de eâ judicium, nihil eâ formosius,
nihil pulchrius, nihil amabilius esse afferentis; quinimò nul-
lam possessionem, nullam vim auri & argenti pluris quam
illam estimandam esse judicantis; una enim illa est, quæ ve-
ram ac solidam confert felicitatem, & animi nostri perfe-
ctionem; una est quæ societas humanas conservat, quæ im-
mortale nomen apud posteros conciliat, quæ cultores, qui
semitam ejus angustam animosè triverunt, reddit felicissi-
mos; Una est verorum honorum, dignitatum & rieulorum
illustrium patens; Divina est, aut certè divina natura
proximè agnata; terra filius, divinioribus rebus indignus,
erit, aut omnino terrenarum rerum mancipium, qui illam
ob viis ulnis nollet excipere, amplecti, exosculari. Sola illa
altissimis defixa radicibus nullâ unquam vilabefactari pot-
est, in tempestate quiescit, lucet in tenebris, per se splendet
semper, alienis nunquam obsolescit sordibus; nec naufra-
gio nec incendio amittitur, & tanta ejus vis est, ut eam vel
in illis, quos nunquam vidimus, vel quod magis est, in hoste
etiam diligamus. O ergo aeternâ laude dignos, quibus vir-

tus, virgo generosa, pulchra, candida, semel placere capi;
qui que nullis volupatum aut fortuna blanditiis ab illâ sese
abduci patientur! ô beatos, qui relictis & spretis terrae fi-
liis, dignitatis splendorem ab arcâ nummaria emendican-
ibus, nobilitatem & decus suum ex verâ & sincerâ virtu-
te estimant! In hos enim, quicquid bonitatis possidet virtus
ditissima, uberrime confert. Utî vero cultura & exercici-
um ejus est nobilissimum: Ita in discutienda investiganda
& explicanda genuina ejus naturâ & indole non male o-
peram collocari arbitramur, cum ignoti alias nulla sit cupido.
Nos igitur eam iam usq[ue] ēmiserimus, pagellis hisce, ut simul
quantâ virtutum teneamur cupidine, ē diverse autem
quanto vicia derestemur odio, (licet nihil humani etiam à
nobis alienum putemus) declaremus, methodo consuetâ ex-
hibebimus. Sint ita cum bono D E O

PRÆCEPTA.

I.

VIRTUS (*a*) moralis est habitus (*b*) electivus consistens in me-
diocritate quoad nos relata, & ratione definita, sicut vir pru-
dens eam definiret.

2. Causa efficiens virtutis est vel remota & Universalis: vel pro-
pinqua & particularis. Illa est DEUS TER. OPT. MAX. (*c*) à quo o-
mne bonum donum & omnis perfectio ad nos descendit: Hæc est
vel principalis & immediata, vel ministerialis & mediata.

3. Causa efficiens virtutis principalis est actio (*d*) humana,
spontanea, frequens, bona & in mediocritate constituta, virtutis
habitum præcedens.

4. Causa ministerialis est natura & cura: Natura respicit vel
animum, inque eo partim intellectum (*e*) practicum, quo homo
honestum à turpi discernere potest: partim voluntatis libertatem
(*f*) & potestatem, per quam appetitus intellectu' pratico gubernat
honesta appetere, inhonesta fugere & aversari valet.
Vel bonam corporis temperaturam (*g*) ex qua oriuntur instinctus
& incli-

Scincinationes ad virtutem moralēm vel omnēm vel aliquām.
Cura consistit partim in doctrina & praeceptis Ethices, (b) partim
in rectā disciplinā & honestā educatione.

5. Materia virtutis Ex quā ἀρετὴ wita dicta (i) est qualitas in
anum introducta vel potentia agendi.

6. Materia In' quā seu Subiectū virtutis principaliter est vo-
luntas, minus principaliter appetitus sensitivus.

7. Materia circa quam, seu objectū virtutis est vel internum
(k) quod constituant affectus, qui sunt motus appetitivæ sensuum
facultatis, à notitiā objecti boni vel mali excitati, quos vel volu-
ptas vel dolor comitatur: vel externum, circa quod immediate
versatur appetitus, mediatè verò virtus, estq; variū pro diversitate
virtutum.

8. Formale virtutis est mediocritas (l) quoad nos, rectæ ratio-
ni viri prudentis conformis.

9. Finis (m) est DEI gloria & practicæ felicitatis consecutio.

NOTE.

(a) Præmissa εὐδαιμονολογία, & summo bono penitus cogni-
to, rectā transitum facimus ad ἀρετολογίαv, eandem sub examinis
incudem vocaturi, & consideraturi virtutes morales ut media, qui-
bus vita beata obtineri potest; quid enim prædoffet, nosse in quo
perfectio nostra & beatitudo cōsistere, nisi & sciremus, quibus
ad eam p̄veniri possit rationib⁹: id verò non fieri posse nisi be-
neficio virtutum moralium, quæ exinde media ordinaria & directe
ultimo fini subordinata vocantur, communī saniorum calculo
jam diu probatum est. Quod attinet definitionem datam vir-
tutis moralis, à quā rectè tractatio nostra proficiscitur, Aristoteli-
ca est, à qua non quoad rem ipsam, licet quoad verba, dis-
crepat, quæ sequitur minus obscura: Virtus moralis est habitus
practicus ex continuatis honestis actionibus ortus, voluntatem
& appetitum hominis ad mediocritatem dirigens, & mores
conformans pro consequendo bono civili. Variæ vero virtutis
circumferuntur derivationes: Secundum Ciceronem enim appellata
est Virtus à Viro, vel quia virtus antiquitus sola fortitudo
dicta fuit, quæ solis viris frequentius competit, & gradu excellen-
tiori, vel quia virtus conspectior est in viris quam foeminis: Alii à

siderivant, quod animi vis & facultas sit, quæ derivatio durior, ut
& ea quæ à virendo deducta, quod semper vireat: Quibusdam
virtus est quasi viri status, eò quod animus viri in eā fistatur, aliis
quasi viri artus, quæ tamen tantum allusiones sunt, Græcis ἀρετὴ^η
dicitur vel quasi ἀρετὴ, ab eligendo, quod maximè appetenda sit,
vel quasi ἐραστὴ, quod maximè amabilis sit, vel derivatur ἀπὸ τῆς ἀ-
ρετῆς, quod omnibus placeat, vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, quod in altum
nos elevet, vel ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, à Marte, quod tempore bellico maxi-
mè conspicetur & necessaria sit: Ex quibus tamen derivationibus
nonnullæ allusiones potius sunt vocandæ. Adiectâ voce, mora-
lis, contradistinguitur seu opponitur virtus imprimis intellectuali
virtuti hominis intellectum perficiendi, quæ directa tractatione ad
Ethicam non pertinet, cum finem ab Ethica doctrinâ diversum ob-
tineat, & circa aliud etiam occupata sit objectum; oblique tamen
per modum utilis commentarii ad calcem Ethics pertractatur,
etiam methodo Philosophi.

(b) Genus virtutis est habitus: Si enim est qualitas & quidem
mentis, quod præsupponimus, aut erit affectus aut naturalis po-
tentia, aut habitus: tria enim illa tantum sunt in animo, uti dœcer
Philosophus 2. Eth. 5. sc. secundum subjectam materiam, quod vir-
tutes morum & actiones humanas attinet, quarum illa tria sunt
principia & seminaria (plura alias sunt in animo, quod rationem
attinet, ut scientiæ, species intelligibilium rerum &c.) Non autem
est affectus, quia affectus natura insunt, exsurgunt absque proæredi
nec bonos nec malos nos denominant, virtus verò acquiritur cre-
bris exercitiis, ex electione prodit & nos bonos proclamat. Nō po-
tentia, hæc enim naturaliter nobis inest & est immutabilis, virtus
verò usu paratur, estq; mutabilis. Remotis igitur illis (cū ob perfe-
ctionē suam nec Dispositionē ut genus agnoscat) relinquitur Ha-
bitum esse genus virtutis legitimum; quod & ex applicatione de-
finitionis habitus dilucidè appareat, quando & ipsa est qualitas qua
potentia naturalis corrigitur & ad agendum redditur facilior. Est
verò habitus electivus, quæ voce distinguitur ab habitu actionibus
vel invitò vel temerè vel fortuitò editis, genito; tum innuitur, sub-
jectum virtutis primarium voluntas, ad quam spectat ἀρετὴ.

(c) Null-

(c) Nulla, dicentes Seneca, sine DEO metis bona est: & ut Socratis apud Platонem verba habent, θεῖο μέρη ἡμῶν φαίνεται περιπολεῖν οὐκ ἀρέτη, οἷς μαρτυρίζεται. Unde & Bias sapienter monet; ὅτι ἀνάγνωσθαι τελεῖται, εἰς θεὸν ἀνάπτεσθαι. Primi enim agentis virtute agunt, quotquot in virtuosarum actionum occurpantur exercitio, his impulsu, proutitatē, amorem virtutis & proximas largitur causas: Quorum & Aristoteles respexisse videatur, quando εὐδαίμονια vocavit θεούς dotos.

(d) Uti omnis habitus actionibus iisque frequentioribus existit, crebris enim scribendi & cytharam pulsandi actibus sit scriptor & cytharaeus, ita & crebris exercitiis actionum fortium & justarum homo sit fortis & justus, & ad virtutis habitum comparandum plures actiones præviae requiruntur, utac numerus earum propter diversissimam hominum indolem & varia accidentia exactè definiti non possit. Actiones vero hæ virtutis habitum præcedentes, eundemque multiplici repetitione fabricantes, imperfectæ adhuc & incōstantes sunt, conjunctæ cum pugnâ & labore, cum ex adverso illæ, quæ virtutis habitum sequuntur, firmæ sint & perfectæ, & cum alacritate & facilitate edantur: differunt ergo tantum perfectionis gradu non specie. Spontaneæ porro dicuntur, & contra distinguuntur actionibus invitis vel violentis, quatum principium extra subjectum est, & extrinsecus accedit: vel invitis per ignorantiam quæ ex ignorantia circumstantiarū proficiuntur pœnitentia delictum sequente. Commodè etiam hic illarū actionū notantur principia, quæ tria sunt: Consultatio, Voluntas & Præelectio. Consultatio θελευτικὴ est ratiocinatio animæ de mediis, per quæ in agendo ad finem pròpositum pervenire possumus: Finis ille præmittitur Consultationi, & in deliberationem non venit, si enim deliberationis esset, vocaretur in dubium & ipsa consultatio nihil haberet certi, ad quod respiceret: media vero actionis productioni interficiens objectum sunt consultationis, & quidem non omnis generis media, non enim præterita, non naturalia, non fortuita, non absolute necessaria, sed quæ in nostrâ sunt potestate, quæque ut negotia humana ad nos spectant, & in quibus vel consequendis vel declinandis aliquid præstare potest humana industria. Voluntas vel

vel rectius volitio - **θέλησις** est appetitio boni vel veri, vel appa-
rentis ut finis cum ratione. Bonum verum seu καλόν ἀληθεῖαν tale
est objectum voluntatis per se, apparenſ verò seu καλὰ δόξαν tale
est objectum per accidens, quando quod alias malum & inhono-
rum est corruptæ & depravatae nostræ naturæ videtur bonum &
honestum. **Ελέκτιο** est deliberata appetitio medii, quod videtur
melius ad finem aſsequendum. Ex his principiis actiones humanæ
habitum virtutis causantes promanantur.

(e) Unus idemq; hominis intellectus pro diversitate objecti
diversum sortitur nomen, quatenus enim circa scientias versatur
& ad assensum principiorum speculativorum fertur, speculativus
dicitur; Practicus verò quando assentitur principiis practicis sub
ratione πράξεως, vel quando occupatur circa res Ethicas, O Eco-
nomicas, Politicas, & principia practica, qualia sunt; Omne ho-
nestum est expetendum: parentes sunt honorandi; suum cuique
tribuendum.

(f) Voluntatis quedam affectio est libertas humaniarbitrii,
quaæ est potentia animi activa, quâ libere & sine ullo interno instin-
tu eligere vel respuere possumus vel bonum vel malum. Libertas
hæc (quaæ hominis in civilibus propria) non æquipollit sponta-
neō, quod & brutis commune est, libertas autem eis non compe-
tit, siquidem positis omnibus requisitis ad actionem necessariis, po-
sitoq; objecto, ita in istud feruntur ut actionem illam suspende-
re nequeant: Nec proinde & in ea cadit Electio.

(g) Hinc tritum illud: Mores animi sequuntur tempera-
mentum corporis: non quidem in totum, alias enim voluntas
esset serva, quaæ tamen est libera: nec recta disciplina, congruenti
educatione diligentij; assuefactione aut comparari aut emendari
possent: sed in tantum, in quantum facilitas, instinctus, & pro-
pensio ad varios mores & perturbationes est à corporis tempera-
tura: Illum verò naturæ instinctum aliquid momenti afferre ad
virtutem percipiendam, evidenter patet experientia: fortiores e-
nim esse solem, qui naturalem ad fortitudinem impetum habent,
quam qui destituantur eo; pictores etiam & poëtae excellentiores
& expeditiores sunt qui naturâ juvantur, quam qui soli arti se
committunt.

(h) Pra-

(b) Praecepta sunt instar statutæ Mercurialis, sunt regula & norma bene agendi: Recta etiam disciplina & educatio maxime necessaria est, cum juvenis animus quavis ferè bestiæ sit intractabilior, honestà verò disciplinâ corrigitur, cum & alias nobilissimæ iudeoles exorbitet & ad vitia se convertat, cum è contra honestâ educatione intra probitatis cancellos contineatur & quid faciendum, omittendurve sit addiscat.

(i) Materia Ex qua propriè dicitur materia, Entibusq; quantitatibus propriè competit, cum verò accidentia etiam existant, & quicquid in mundo habet existentiam, habeat materiam aliquam, etiam virtuti $\alpha\tau\alpha\lambda\gamma\sigma$ & $\alpha\tau\alpha\mu\pi\sigma$ quædam materia non erit deneganda; atq; ea quidem in virtute $\epsilon\kappa\pi\kappa\sigma$ considerata est qualitas in animum ex dispositione per actiones introducta, vel $\delta\upsilon\alpha\mu\sigma$ agendi: hæc enim cum virtutis essentiam ingrediatur, nec tamen formæ vicem sustineat, materia est dicenda.

(k) Internum objectum est, quod in ipsa animâ, in qua virtus, est: Externum, quod extra animam constitutum: Illud primum dicitur: hoc verò ortum: Ad illud etiam spectant actiones internæ, qualis est e.g. fiducia viri fortis coram hoste.

(l) Formam virtus ut accidens non agnoscit, habet tamen aliquod ei $\alpha\tau\alpha\lambda\gamma\sigma$ formale, quod mediocritas, quæ non dicitur solùm ad extrema relationem, aut eorum negationem, sed positionem potius notat & rem ab extremis distantem, & conformitatem cum lege naturæ & rectâ ratione simul involvit. Medium, quantum ad præsens, est vel rei vel rationis: Illud Arithmeticum, hoc Geometricum dicitur: Illud à suis extremis æqualiter distat; hoc uni extremorum est vicinius, & ab altero est remotius, variaturq; pro varietate circumstantiarum, ita ut quod uni medium est, sape alteri non sit: Hinc $\tau\varphi\sigma\delta\eta\mu\sigma$ dicitur & quoad nostras vires aestimatur, à ratione prudentis circumstantiarum periti. Ee hoc medium per se locum invenit in omnibus virtutibus, ex accidente verò in commutativâ cum medio rei coincidit. Extremum, inter quæ est, alterum dicitur excessus, alterum defectus, quæ cum virtute pugnant privative, inter se verò contrariæ.

B

(m) De

(m) De principali fine h̄ic tantū nobis sermo est, qui dividitur in simpliciter principalem, ac principalem in certo genere. Ille est propter quem alia in universum omnia sunt, ipse vero non est, propter aliud: Ita gloria DEI virtutis finis est simpliciter principalis: Hic est propter quem omnia sunt, quae in certa quadam serie continentur, ipse tamen ad ulteriore finem ordinari potest: Ita finis principalis virtutis est *euπεξαξία*. Ille finis est inadæquatus, cum omnibus disciplinis communis sit, hic adæquatus: & est primariò suppositus, ut hominis operantis, virtutis vero ut medij, quo ut instrumento virtute prædictus utitur, & habet cum principaliorē agente eundem finem.

QUÆSTIONES.

I. Utrum virtutes morales naturā nobis insint seu connascantur?

Arguitur quod sic. Siquidem non sunt præternaturales, tum ad hominis perfectionem, quae ejus quasi forma & natura est pertinent; Sed oppositum est verius: Respondemus vero ad illud, quod naturale interdum denotet aliquid naturæ conveniens, quo sensu præternaturali opponitur, atq; ita recte virtus naturalis dici potest: aliquando idem est ac id quod homini natura ipsa perfectum dedit sine ipsius industria, atq; ita habituali opponitur quo sensu virtus homini instatut corruptionis naturā non inest, licet in innocentia statu ut pars imaginis divinæ connaturalis fuerit. Alterum quod attinet; perfectio illa adiunctum tantum est hominis, ad quod pertinetia præcipua DEI US non voluit homini plena esse à naturā, sed industria completri ut ita essent chariora. Sic ergo quæstionem decidimus: Virtus consideratur vel secundum radicem & originem, vel secundum complementum & acquisitum habitum. Illo modo adscribuntur naturæ semina, igniculi & propensio ad virtutem, apta enim est ad virtutem habitualiter recipiendam. Hoc vero modo non inest naturæ, sed assuefactioni & industriae hominis primæ debentur partes: siquidem est habitus & quidem moralis *εὐθύγρωφεις*; potest mutari assuefactione, naturalia vero minime.

Nimè: Et quis aliàs esset usus legum? quis institutionis ac disciplinæ practicæ? quo jure punirentur mali?

2. *An detur aliqua in homine libertas in rebus moralibus?*

Non instituitur à nobis quæstio de libertate in spiritualibus, ea enim quod non detur, docetur à Theologis: In moralibus quod locū inveniat, contrà quām statuerunt olim Stoici fato suo admodum famosi, astruunt Peripatetici, cum quilibet proprio deprendent exemplo, liberè se agere, & posse se quod placuerit facere vel non facere. Quæ libertas si non concedatur, quomodo posset illa actio moraliter vocari bona vel mala? bona enim tunc dicitur actio, quando legi naturæ & rectæ rationi est conformis, si verò libertas nulla inesset animo hominis, nec posset actiones suas illi conformare siquidem conformari nihil potest ad alterum, nisi quod est in potestate ejus, qui vult confirmare: Eadem est malæ actionis ratio, quæ etiam quando in brutum cadit, ideo peccatum non dicitur, quia id non agit liberè. Præterea cui bono tot promulgarentur leges? cur tot salutares admonitiones & virtutum præcepta ferrentur, si penes hominem non esset libera obedientia? ociosè id fieret. Ut ne addam, quod absurdâ hæc opinio DEUM reddat non - DEUM & omnis boni authorem vitiorum causam insimuler, quod sentire planè impium est. Fatus igitur fatum fatum relinquimus defensuri *ngaddūrāpūr* libertatem nostram.

3. *An astra etiam concurrant efficienter ad virtutis habitum?*

Id ajunt nonnulli, & querunt in astris causas eorum quæ ab homine perpetrantur, & ab illis esse inquiunt, quod homines boni vel mali sunt. Quam opinionem & impiam & absurdam esse judicamus: Impiam, quia non tantum fatum introducit Stoicum, sed & DEUM, qui astris largitur efficaciam, peccati autorem argit, ejusdemq; negat providentiam: Absurdam verò, quia ita omnis ex erteretur politia, scelera excusarentur omnia ut ex inevitabili necessitate commissa, licentia impune peccandi hominibus daretur, siquidem quod ex necessitate fit, nec vitinec virtutis nomen habere potest, unde nec laude nec vituperio essemus digni, &

injuste pñnis afficeremur mala agentes. Nos verò circa hanc rem
distinguimus inter indirectam inclinationem ac coactio nem: Illam a-
stris inesse concedimus, hanc verò pernegamus: Asserti ratio patet
inde, quia bonum corporis temperamentū partes agit ministeriales
in producendo virtutis habitu: Illud verò astra efficiunt, atq; ita
consequenter saltem indirectè & exterius concurrunt, non qui-
dem cogendo, disponendo aut instigando directè voluntatem, sed
afficiendo temperamentum occulto suo influxu.

*4. Num affectus omnes suā naturā sint vitiōsi, & per
consequens evellendi?*

De affectibus agit Physicus, Rhetor & Ethicus, sed modo di-
verso: Ille inactu signato unā cum eorum subjecto eos considerat:
Iste quatenus suasio & dissuasio in eis conspiciuntur: Hic quate-
nus virtute, cuius objectum sunt, corrigendi & mediocritate in-
formandi sunt: Hic igitur ob gravissimam inter Stoicos & Peripateticos
disceptationem commodè circa illos queritur; anne suā
naturā pravi sint? Nos verò Peripateticorum subscrivimus argu-
mentis, pravos eos esse negantibus, inde imprimis, quia motus na-
turales sunt, à D E O bonitatis auctore, ejusq; famulā Naturā ho-
mīni inditi, ex parte in lege divinā praecepti, suntq; virtutum stimuli & calcaria. Distinguimus verò inter affectus naturæ & ma-
liciae, vel inter affectus in se consideratos, ut simpliciter motus
quidam sunt appetitivæ facultatis; & quatenus spectantur
respectu adharentis malicie, hoc, non illo modo pravi sunt per
accidens, exēunt nempe finibus suis & aliorum rapiuntur,
atq; ita eos contaminari non mirum est: Ex quibus etiam colle-
ctu facile est, quod non extirpandi sint affectus raditus, sed mi-
rigandi, quibus opus est, virtutum temperie: Cur enim id evelle-
retur, quod in naturā suā bonum, quod naturale, quod simulse-
sum evelleret omnem virtutem, quod & sapienti competit?

*5. An Subjectum virtutis sit voluntas &
appetitus?*

Dissentunt de sede virtutis Philosophi: nos verò eum iis faci-
mus qui voluntati primario, appetitu verò eam adsignant secun-
dario, & pro hac sententia ita arguuntur: In qua facultate
animæ

animæ est proximum principium rectè agendi, in eâ est virtus: Virtus moralis enim est proximum rectè agendi principium. At qui primariò in voluntate, secundariò in appetitu est proximum rectè agendi principium. Ergo. Minor inde constat, quia in actionis bonæ productione primo movet voluntas imperando illam, actionem, secundariò movet appetitus motus à voluntate, dum actionem producit, duci & principi suo se sponte submittit, & ejus electioni conformiter agit. Est in voluntate præterea προαιρεσις & libertas, in appetitu virtutum materia, gentis perturbationum, affectuum pugna: Utrobiq; igitur virtus locum & sedem invenit, sed inquies: Ita irrationali potentia ex parte virtutem adscribi, & ἐπομένως eam etiam brutis non esse denegandam, in quibus sc. eadem facultas appetitiva. Resp. Appetitus hominis quatenus rationi obtemperat, fit rationis particeps, atq; ita non est ἀλογος ut brutorum, sed ἐλογος per participacionem, & rationalitate limitatus.

6. An omnis virtus consistat in mediocritate?

De formalis virtutis duæ nobiles circumferuntur sententiae, altera mediocritatem, altera rectitudinem defendit: Nos commode illas conciliati posse arbitramur, & inde formalem rationem dicimus esse mediocritatem, ita tamen ut internam illam ὁρογένην, quam declarat & indicat congruentia cum lege naturæ esse ipsam mediocritatem rectâ ratione definitam simul asseramus: Sed excipies fortè, justiciam ab illâ mediocritate, ut cui sola injustitia adversa est; virginitatem, cui incontinentia tantum, opponitur; Excipies virtutem Heroicam, quæ virtutum fastigium ut & magnanimitatem & magnificentiam circa magnos honores & sumptus versantes; imò veracitatem cuius non datur excessus. Respondemus autem, in genere (fusiorum resolutionem daturi in evolutioni speciali) 1. sèpius vitium nomine esse unum, actione vero & modo includere utrumq; virtutis oppositum. 2. Virtutes considerari dupliciter (α) ratione objecti (β) ratione modi vel circumstantiarum: ratione objecti non omnes admittunt excessum, sed ratione modi, atq; ita etiam in maximis est mediocritas; & circa hanc extrema ponuntur. Virginitatem quod attinet, moralem

eata virtutem esse, si ἀκεβῶς loqui velimus, non concedimus
naturale bonum est, quod etiam in fœminis esse potest, quæ castæ
non sunt; virtus operatione bona non corruptitur, at cor-
ruptitur virginitas; virtus amissa reparari potest, quomodo
vero deflorata poterit sibi restituere virginitatem? virtute ne-
mo abuti potest, sed virginitatis in aliquo casu datur abusus, e. g.
si Adam & Eva semper ea uti voluissent.

*7. Utrum virtutes Ethicae à Theologicis specie
differant?*

Ethicæ virtutes latissimè patent, & esse possunt in omnibus
hominibus, etiam in non renatis, sive extra Ecclesiam constitutis
sunt, sive in externo Ecclesiæ cætu locum habeant, & opera sunt
moraliter & secundum substantiam actus bona: Hæ virtutes an
à Theologicis bonis operibus specie vel gradu saltem differant,
quæritur: Decisio vero quæstionis manifesta erit ex variis diffe-
rentiæ modis: Differunt 1. causâ efficiente: Ethicarum virtutum
causa est natura, informatio, & ratio; Theologicarum vero DEI
gratia, illuminatio & revelatio. 2. causâ impulsivâ, quæ ibi legum
autoritas, reverentia erga magistratum, promissio præmiorum &c.
Hic vero timor DEI. 3. causâ formalis, quæ ibi mediocritas & cum
lege naturæ convenientia: hic vero fides & cum verbo præscriptio
congruentia. Differunt etiam *ēn mērātias* 4. Objecto, subje-
cto, fine & consequentibus præmiis. Ex quibus omnibus conclu-
dimus virtutes Ethicas non gradu tantum sed & specie differre à
Theologicis, quod erat demonstrandum.

8. An virtus etiam in bruta cadat?


Negatur id jure ob præcipuas virtutum causas, quæ inbrutis
locum non inveniunt, non enim est in eis prudentia directrix, non
~~προστίγματα~~, non dijudicatio honesti & inhonesti, nec secundum
præcepta & morum regulas possunt vivere, obstat autem videtur
Leonis magnanimitas, canis φιλανθρωπia, Ciconiae pietas, Ele-
phanti prudentia & æquitas, Electio asini præ auro stramentum
eligentis: verum καὶ ὄμηρόν τε tantum illæ virtutes dicuntur, non
vero sunt nisi affectus, omnis enim potentia animæ beluinae est
necessaria.

necessaria, nulla libera, quæ proinde habitus capax esse non potest:
Tñ Φύσις g. habent aliquid virtuti ἀνάλογον, vel virtutis imaginem,
non verò προαρτέον. Electio quæ brutis asinio & aliis competere vi-
detur, sensitiva quædam est prudentia, si enim non impediatur
asinus famelicus, non potest non ferri in pabulum, quod & ab au-
ro discernit innatâ quædam prudentiâ ab intellectivâ longissime
distanter.

9. An extrema virtutum fortius pugnant inter se
quàm cum medio?

Paucis: Distinguendum est inter oppositionem ανθεσ & πρωτε^η
factam, vel quod idem est, inter repugnantiam absolutam & com-
paratam: In priori respectus habetur bonitatis ac malitiae, atq; ita
opponitur bonum malo, virtus vitio, & est pugna acerrima, ma-
gisq; pugnat virtus cum vitiis, quàm virtus inter se: In posteriori re-
spectus habetur convenientia, & queritur: an major similitudo
sit virtutis cum extremis, quàm extremorum ad se invicem: ita ma-
jorem extremorum inter se, quàm eorum cum medio assertimus
repugnantiam: Ut enim aqua frigida magis pugnat cum extremo
opposito, aquâ fervida, quàm cum tepida. Ita etiam e.g. prodigi-
tas magis pugnat cum avaritia quàm liberalitate. Hinc etiam sâpe
evenire solet ob summam alicujus extremi cum medio affinitatem
& similitudinem, ut vitium alterius virtutis speciem induat,
ut non raro audacia se obtrudit aliis specie fortitudinis, prodi-
gitudo habitu liberalitatis, scurrilas velamine urbanitatis.

Kai ταῦτα μὲν δὴ ταῦτα.



AXIOMATA.

1. *Voluntas est etiam impossibilium, potest cogi non ab in-
tra, sed ab extra.*
2. *Actiones mixtae magis sunt voluntariae quàm involun-
tariae dicenda.*
3. *Affectus quatenus manent in viribus pure naturalibus
nec virtutes nec virtus sunt nec ex illis boni vel mali
dicimus.*

4. Virtus

4. *Virtus & mediocritas est uniformis & invariabilis simpliciter, quatenus à rectâ ratione viri prudentis, qua unica est, dependet: Diffinis vero & variabilis dicitur ratione circumstantiarum.*
5. *Virtus, qua forma est virtuosi, & medium est & extre-
mum: medium est essentialiter & modo oppositionis;
Extremum vel summum perfectionaliter seu ratione
qualitatis & perfectionis.*
6. *Virtus recipit magis & minus ratione utræcum in sub-
iecto.*
7. *Vitia moralia non insunt naturæ.*
8. *Ex duobus malis moralibus nunquam eligendum est id
quod minus est.*
9. *Vitia in Ethicis heterogenea sunt.*

**Laus & summus honor sit tibi
summe DEUS.**

Ad politiss: Dominum Respondentem.

Castalias undas, Heliconiadumq; sororum.
Culmina conatur Stricerius aspera montis
Visere. Nectareo tristem quo poscit earum
Fonte levare sitim. Modò cæpto insiste labori.
Pergas audacter, moneo, nam docta Minerva
Inspirat studijs, tandem neq; ferta recusat
Latirea Calliope tibi nectere munera honoris.

JOHANNES BRECKELINGIUS.

IN sunt virtutum cunctarum semina nobis,
Semina sed latitare, his quoq; succus abest
Semina virtutis jam animas, at hoc tibi tantum
Ut trudant ramos, dulcis amice, precor.

MARCUS BERNHARDINUS,
Meldorp: Dithmarsus.

•S (O) S•



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72960599X/phys_0019](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72960599X/phys_0019)

DFG



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn72960599X/phys_0020](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn72960599X/phys_0020)

DFG

nimè: Et quis aliàs effet usus legum? quis insit
na practicæ? quo jure punirentur mali?

2. *An detur aliqua in homine liber
moralibus?*

Non instituitur à nobis quæstio de libertate enim quod non detur, docetur à Theologis: locū inveniat, contrà quām statuerunt olim Studiū famosi, astruunt Peripatetici, cum quilibet dat exemplo, liberè se agere, & posse se quod non facere. Quæ libertas si non concedatur ulla actio moraliter vocari bona vel mala? batur actio, quando legi naturæ & rectæ rationi erò libertas nulla inesset animo hominis, nec illi conformare siquidem conformari nihil potest quod est in potestate ejus, qui vult confirmare actionis ratio, quæ etiam quando in brutum casu non dicitur, quia id non agit liberè. Prætereat, mulgarentur leges? cur tot salutares admonitiones præcepta ferrentur, si penes hominem non est fata? ociosè id fieret. Ut ne addam, quod a DEUM reddat non a DEUM & omnis boni a causam insimuleret, quod sentire planè impium fatum fatum relinquimus defensuri nostram.

3. *An astra etiam concurrant efficient
habitum?*

Id ajunt nonnulli, & querunt in astris causa homine perpetrantur, & ab illis esse inquiunt, quæ vel mali sunt. Quam opinionem & impianum judicamus: Impianum, quia non tantum fatum in se sed & a DEUM, qui astris largitur efficaciam, pergit, ejusdemq; negat providentiam: Absurdi omnis everteretur politia, scelera excusarentur tabili necessitate commissa, licentia impune perdaretur, siquidem quod ex necessitate fit, nec hominem habere potest, unde nec laude nec vituperatione.

B 2




Image Engineering Scan Reference Chart TE63 Serial No. C 44 Patch Reference numbers on left

the scale towards document